Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

indulgentia confessorum, imperat tibi martyrum
sanguis, imperat tibi sacramentum crucis, imperat
tibi misteriorum uirtus, ut amplius te non moueas,
ut amplius non consurgas, ut amplius nec dormiendo,
nec uigilando hanc famulam dei contingas, neq; inua,
dere præsumas: Exi transgressor, exi seductor plenus
omni dolo et fallatia, ueritatis inimice, innocentiũ
persecutor, da locum dirissime, da locum impiissime,
da locum Cristo, in quo nihil inueniſti de operibus tuis,
qui te spoliauit, qui regnum tuum destruxisti, qui te
proiecit in tenebras exteriores, qui te uictum ligauit,
et uasa tua disrupit: ubi tibi cum ministris tuis æter,
nus erat præparatus interitus. Sed quid nunc tur,
bulentus agitas, quid temerariè retractas reus
omnipotenti deo, Cuius statuta transgressus es et
crucifigere psumpsisti filium eius humano generi,
cui mor tuis persuasiõibus uenit. Adiuro te ergò
draco nequissime, in nomine agni immaculati, qui
ambulat super aspidem et basiliscum, qui conculcat
leonem et draconem, ut discedas ab homine isto. N.
discedas ab Ecclesia dei, Contremisce et fuge inuocato
nomine domini illius, quem inferni tremunt, cui
uirtutes coelorum et potestates et dominationes sub,